



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Doctrina de Sacramento extremæ Vnctionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

REMISSIONES.

¶ **V**trum iusti per opera pœnitentię, vel sponte assumpta, vel etiam illis pœcepta possint satisfacere pro pœnis ex peccatis remissis restantibus? Affirmant P. Soar. tom. 4. disp. 37. sect. 1. Card. Bellarm. l. 4. de Pœnit. c. 3. cum seqq. P. Valen. disput. 7. qu. 14. puncto 2. P. Aegid. de Sacram. tom. 2. disp. 10. à nu. 14.

Doctrina de Sacramento extrema Vnctionis.

¶ **V**ltimum est autem sanctę Synodo, pœcedenti doctrinę de Pœnitentiã adiungere ea, quę sequuntur de Sacramento extremę Vnctionis: quod non modo Pœnitentię, sed & totius Christianę vitę, quę perpetua Pœnitentiã esse debet, consummativum existimatum est à Patribus. Primùm itaque circa illius institutionem declarat & docet, quod clementissimus Redemptor noster, qui seruis suis quovis tempore voluit de salutariibus remedijs aduersus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis alijs præparavit, quibus Christiani conseruare se integros, dum viverent, ab omni grauiore spiritus incommodo possint, ita extremę Vnctionis Sacramento finem vitę, tamquam firmissimo quodam præsidio, muniuit. Nam etsi aduersarius noster occasiones per omnem vitam quærat & captet, vt deuorare animas nostras quoquo modo possit: nullum tamen tempus est, quo vehementiùs ille omnes suę versutię neruos intendant ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam, d si possit, diuinę misericordię deturbandos, quàm cum impendere nobis exitum vitę perspicit.

a infr. can. 2. de Sac. extrema Vnctionis. b Eph. 6. c Pet. 5. 6. nulli dubium 3. 9. 6. d Gen. 3. 6. infr. c. 2. in fi.

infr. can. 2. de Sac. extrema Vnctionis.

REMISSIONES.

¶ **V**ide Pat. Henric. in sum. li. 3. c. 7. cum seqq. Viuald. in Candelabro Aureo de Sacram. tit. de Extrema Vnctione, Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo Extrema Vnctio. Fr. Emman. qu. Regular. tom. 3. qu. 79. art. 1. cum duobus seqq. Pat. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 28. nu. 43. cum sequent. nouissimè P. Aegid. de Coninck. de Sacram. & censuris tom. 2. disp. 9. Greg. de Valentia tom. 4. disp. 8. P. Soar. tom. 4. disp. 39. & quinque sequentibus. Pet. Ledes. in sum. p. 1. tract. de Sacram. Extremę Vnct.



CAPVT I.

De institutione Sacramenti extreme Vnctionis.

INstituta est autem sacra hæc Vnctio infirmorum, tamquam verè & propriè *æ* Sacramentum noui Testamenti, *β* Christo Domino nostro *a* apud Marcum quidem infirmum, *b* per Iacobum autem Apostolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatum ac promulgatum: Infirmatur, inquit, quis in vobis; inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus verbis, vt ex Apostolica traditione per manus acceptæ Ecclesiæ didicit, docet materiam, formam, proprium ministerium, & effectum huius salutatis Sacramenti. *γ* Intellexit enim Ecclesiæ, materiam esse oleum, ab Episcopo benedictam, nam Vnctio aptissime Spiritus S. gratiam, qua inuisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat; *δ* formam esse illa verba, Per istam vntionem, &c.

REMISSIONES.

α Sacramentum noui Testamenti.] Vnctionis Extreme Sacramentum, quod est quædam immediata præparatio ad gloriam, & gressum ad Cælum, nullum in veteri Lege respondere potest: Sacramentum, eò quod pretio nondum soluto aditus in Cælum perire non potuit, tenet Sayr. de Sacram. in genere li. 3. c. 4. q. vnt. art. 1. vers. Quintum est, prope med.

β A Christo Domino nostro apud Marcum. &c.] Vide Sayr. de Sacram. in genere lib. 2. cap. 2. qu. 2. art. 1. & qu. 3. art. 2. vers. de Sacram. Extreme Vnct. P. Henric. in sum. li. 3. c. 7. Balduin. Junium super opera com. vers. Bellarm. p. 2. li. 6. c. 1. P. Vasquez in 3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 4. nu. 4. P. Valer. Regim. in praxi fori pœn. li. 2. a. nu. 45.

γ Intellexit enim Ecclesiæ materiam esse oleum ab Episcopo benedictam. Vide Sayr. de Sacram. in genere lib. 1. c. 3. qu. vnt. art. 3. vers. de Sacram. in genere, ibi, de Extreme Vnctione, Pet. Ledef. p. 1. de Sacram. Extreme Vnct. c. 2. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo Extreme Vnctionis. Primo. Pat. Azor. instit. Moral. p. 1. li. 2. c. 9. vers. Quotiescumque

sup. pag. 107. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 28. numer. 50. cum seqq. P. Agid. de Sacram. tom. 2. disp. 19. a num. 5. & de oleo infirmorum, in quo sunt facta multa miracula. vide P. Martin. Delri. disquisit. magic. lib. 6. c. 2. sect. 3. pag. 512.

Formam deinde esse illa verba. Vide Sayr. de Sacram. in genere l. 1. c. 3. art. 5. verf. In Extrema Vnctione, P. Henriq. in sum. li. 1. c. 8. §. 3. P. Agid. d. disp. 19. a num. 13. P. Valer. Regin. li. 28. a nu. 54. Pet. Ledesm. d. tract. de Sacram. Extremæ Vnctionis c. 3.

CAPVT II.

De effectu huius Sacramenti.

Res porro & effectus huius Sacramenti illis verbis explicatur: Et a oratio fidei saluabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei. Res etenim hæc gratia est Spiritus sancti, cuius Vnctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit; & ægroti animam alleviat & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando: quæ infirmus subleuatus, & morbi incommoda ac labores leuius fert, & tentationibus demonis, & calcaneo insidiantis, facilius resistit; & sanitatem corporis interdum, vbi salutis animæ expedit, consequitur.

a Tac. 5.
Ibid.
b infr. can. 2.
de Sacram.
extrema
vnct.

c Gen. 3.

REMISSIONES.

Vide Sayr. de Sacram. in genere li. 3. c. 1. q. vnic. art. 2. verf. De Sacramento Extremæ Vnctionis, P. Henriq. in sum. li. 3. c. 9. latè P. Agid. de Sacram. tom. 2. disp. 19. num. 16. cum seqq. Baldu. Junium super opera controuers. Bellarm. p. 2. li. 6. c. 2. Pet. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Sacram. Extremæ Vnct. c. 4.

CAPVT III.

De ministro huius Sacramenti, & tempore quo dari debeat.

Am verò quod attinet ad præscriptionem eorum, qui & suscipere & ministrare hoc Sacramentum debent, haud obscure fuit illud etiam in verbis prædictis traditum, nam & ostenditur illic, proprios huius Sacramenti ministros esse Ecclesiæ Presbyteros, quo nomine, eo loco, non grate seniores aut primores in populo intelligendi veniunt

L sed

*a. c. illud su-
persuum. 95.
dist. 6. infr.
c. can. vlt.
b. 1. Tim. 4.*

sed et aut Episcopi, aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati & per impositionem manuum presbyterij. y Declaratur etiam, esse hanc Vnctionem infirmis adhibendam, illis vero prefertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur: vnde & Sacramentum exeuntium nuncupatur. d Quod si infirmi post susceptam hanc Vnctionem conualuerint, iterum huius Sacramenti subsidio utari poterunt, cum in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam & dilucidam Apostoli & Iacobi sententiam doceant, hanc Vnctionem vel figmentum esse humanum, vel ritum à Patribus acceptum nec mandatum Dei, nec promissionem gratiæ habentem; & qui illam iam cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum dumtaxat in primitiua Ecclesia referenda esset: & qui dicunt, ritum & usum quem sancta Romana Ecclesia in huius Sacramenti administratione obseruat, à Iacobi Apostoli sententiæ repugnare, atque ideo in alium commutandum esse: & denique, qui hanc extremam Vnctionem à fidelibus sine peccato contemni posse affirmant. hæc enim omnia manifestissimè pugnant cū perspicuis tanti Apostoli verbis. Nec profecto Ecclesia Romana, aliarum omnium mater & magistra, aliud in hac administranda Vnctione, quantum ad ea quæ huius Sacramenti substantiam perficiunt, obliuiscatur, quàm quod B. Iacobus præscripsit. Nec verò tanti Sacramenti contemptus absq; ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti iniuriâ esse posset.

a. Iacobi.

*d. infr. c. an. 9.
de Sacram.
extr. Vnct.*

*e. c. non lic. 12
dist. c. 2. in fi.
de sum. Trin.
& c. si. de fo.
compar.*

Hæc sunt, quæ de Pœnitentiæ & extremæ Vnctionis Sacramentis hæc sancta œcumenica Synodus profitetur & docet, atque omnibus Christi fidelibus credenda & seruanda proponit. Sequentes autem Canones inuiolabiliter seruandos esse tradit, & asserentes contrarium perpetuò damnat & anathematizat.

REMISSIONES.

Proprios huius Sacramenti ministros esse Ecclesiæ presbyteros. de Pet. Ledes. in sum. p. 1. tract. de Sacram. Extr. Vnct. cap. p. 110.

P. Henric. in sum. li. 3. c. 13. §. 2. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo Extre-
ma Vnctio, vers. Secundo, Sayr. de Sacram. in genere lib. 2. c. 2. qu. 3.
art. 2. vers. de Sacram. in med. latere Fr. Emman. quaest. Regul. tom. 3. qu.
79. art. 1. per totum, P. Valer. Reginal. in praxi fori poenit. lib. 28. a nu.
60. Pat. Aegid. de Sacram. tom. 2. disp. 19. a num. 27. Fr. Emman. d. art.
1. & P. Henric. d. c. 13. §. 4. resoluunt, quod proprius parochus est mi-
nister huius Sacramenti: & si simplex Sacerdos, vel monachus sine
licentia Episcopi, vel parochi hoc Sacramentum conferat, est ex-
communicatus.

β Per impositionem manuum presbyteri.] Vide P. Vasquez in 3. p. D.
Thom. tom. 3. disp. 239. n. 38. P. Aegid. de Sacram. & censuris tom. 2.
disp. 19. a. 27.

γ Declaratur etiam esse hanc Vnctionem infirmis adhibendam.] Vide
Pet. Ledesm. d. tract. de Sacram. Extreme Vnct. c. 6. a princ. P. Henric.
in sum. p. 1. li. 3. c. 11. a princ. Fr. Emman. d. qu. 79. art. 2. Zerol. d. verbo
Extrema Vnctio, vers. Tertiò, vbi resolut, quod non potest dari cõ-
demnatis ad mortem, quia non dicuntur infirmati, & vide P. Aegid.
d. disp. 19. a nu. 22. P. Valer. Reginal. d. li. 28. nu. 68. vbi nu. 69. cum Ta-
bien. verbo Vnctio. §. 6. resolut dari posse his, qui ex solo scno ver-
santur in probabili mortis periculo.

δ Quod si infirmi post susceptam hanc Vnctionem conualuerint, iterum
huius Sacramenti subsidio iuuari poterunt.] Vide Victor. in sum. num.
224. Syluest. verbo Vnctio Extrema num. 8. Pet. Ledesm. d. tract. de
Sacram. Extreme Vnct. c. 8. P. Henric. d. li. 3. cap. 9. §. 4. Fr. Emman. d.
9. 79. art. 4. P. Soar. disp. 41. in fin. tom. 3. P. Aegid. d. disp. 19. a num. 26.
P. Valer. d. li. 28. n. 49. vbi etiam resolut cum P. Soar. disp. 40. lect. 4.
num. 6. durante eiusdem morbi necessitate hoc Sacramentum non
posse iterari.

DE SANCTISSIMO POENITENTIÆ
Sacramento.

CANON I.

Si quis dixerit, in Catholica Ecclesia a Poenitentiam ^{a supr. c. r. d. a}
non esse verè & propriè Sacramentum, pro fidelibus, ^{poenis.}
quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo recon-
ciliandis, a Christo Domino nostro institutum; anathe-
ma sit.

CANON II.

Si quis Sacramenta confundens, b ipsùm Baptis- ^{b supr. c. r. d. a}
mum, Poenitentiae Sacramentum esse dixerit, quasi hæc
duo Sacramenta distincta non sint, atque ideo Poeniten-
tiam

riam non rectè β secundam a post naufragium tabulam appellari; anathema sit.

a c. 2. post naufrag. de pen. dist. 1.

b Ioan. 2. Matt. 16. sup. c. 1. & Sess. 6. de missis. c. 14.

C A N O N III.

α Si quis dixerit, verba illa Domini *b* Saluatoris: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt: non esse intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit; detorserit autem, contra institutionem huius Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Euangelium; anathema sit.

C A N O N IV.

c sup. c. 3. de penit.

α Si quis negauerit, *c* ad integram & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in penitente, quali materiam Sacramenti Pœnitentiæ, videlicet, Contritionem, Confessionem & β Satisfactionem, quæ tres Penitentiæ partes dicuntur; aut dixerit, duas tantum esse Penitentiæ partes, terrores scilicet incussos conscientiæ, agnitionem peccato, & fidem conceptam ex Euangelio, vel absolute, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata; anathema sit.

C A N O N V.

d sup. c. 4. de penit.

e Esa. 28.

α Si quis dixerit, *d* eam Contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum grauitatem, multitudinem, sceleritatem, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse verum & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam & magis peccatorem; demum illam esse dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium; anathema sit.

C A N O N VI.

f sup. c. 5. de pen. Clem. 1. in 2. ad Iacobum, Concil. Cabi. 24. c. 6.

α Si quis negauerit, Confessionem Sacramentalem vel institutam, vel ad salutem necessarium esse iure diuino; aut dixerit, modum secretè confitendi soli sacerdoti, quem Ecclesia

Ecclesia Catholica ab initio semper obseruauit & obseruat, alienum esse ab institutione & mandato Christi, & inuentum esse humanum; anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, a in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure diuino, confiteri a omnia & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ sunt contra b duo vltima Decalogi præcepta, b & circumstantias, quæ peccati speciem mutant; sed eam Confessionem tantum esse vtilem ad erudiendum & consolandum penitentem, & olim obseruatam fuisse tantum ad satisfactionem Canonicam imponendam; aut dixerit, eos qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle diuinæ misericordiæ ignoscendum; aut demum, non licere confiteri peccata venialia; anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, c esse impossibilem, & traditionem humanam, à pijs abolendam; aut ad eam non teneri omnes & singulos vtriusque sexus Christi fideles, iuxta magni Concilij d Lateranensis constitutionem, semel in anno, & ob id suadendum esse Christi fidelibus, vt non confiteantur tempore Quadragesimæ; anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, e Absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronuntiandi & declarandi, remissa esse peccata confidenti; modo tantum credat, se esse absolutum, aut sacerdos non serio, sed ioco absoluat; aut dixerit, non requiri Confessionem penitentis, vt sacerdos eum absolueret possit; anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, sacerdotes, qui in f peccato mortali sunt, potestatem ligandi & soluendi non habere; aut non

Concil. Trid.
de declar.
anathema sit
et c.

c sup. c. 1.
d Conc. Lat.
sub Inn. 1. c.
21. de c. omne
nie vtriusque
de pen. et
remiss.
e sup. c. 6. in
fin. de iustif.

*a Matt. 18.
& 18.**b Ioan. 10.*

solos sacerdotes esse ministros Absolutionis, sed omnibus & singulis Christi fidelibus *a* esse dictum; Quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo; & *b* Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt: quorum verborum virtute quilibet absolueri possit peccata, publica quidem per correptionem dumtaxat, si correptus acquieuerit; secreta vero per spontaneam confessionem; anathema sit.

C A N O N X I.

*c sup. c. 7. c. si
Episc. de pœ-
nit. in 6. c. de
monialib. de
sent. excom.
cum sim.*

Si quis dixerit, Episcopos non habere ius *c* reseruandi sibi casus, *a* nisi quoad externam potestatem, atque id eod casuum reseruacionem non prohibere, quo minus sacerdos *a* reseruatis verè absoluat; anathema sit.

C A N O N X I I.

*d sup. c. de
pœnit.*

Si quis dixerit, totam pœnam simul cum *d* culpa remitti semper à Deo satisfactionem quæ pœnitentium non esse aliam quàm fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse; anathema sit,

C A N O N X I I I.

e sup. c. 8. & 9

Si quis dixerit, pro peccatis, quo ad pœnam temporalem, minimè Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo iniunctis & patienter toleratis, vel à sacerdote iniunctis, sed neque sponte susceptis, vt ieiunijs, orationibus, elemosynis, vel alijs etiam pietatis operibus, atque id eod optimam pœnitentiam esse tantum nouam vitam; anathema sit.

C A N O N X I V.

f sup. c. 5.

Si quis dixerit, satisfactiones, quibus pœnitentes per Christum Iesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obsecrantes; anathema sit.

*g sup. c. 1. &
c. 2. in fi. de
pœnit.*

C A N O N X V.

Si quis dixerit, Claves Ecclesiæ esse *g* datas tantum ad sol-

ad solvendum, non etiam ad ligandum, & propterea sacerdotibus, dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem Clavium & contra institutionem Christi, & fictionem esse, quod virtute Clavium, sublata pœna æterna, pœna temporalis plerumque exoluenda remaneat; anathema sit.

REMISSIONES.

CANONI. [*Quoties post Baptismum in peccata labuntur.*] Quod Sacramentum Pœnitentiæ necessarium sit solum his, qui peccaverunt mortaliter, si modo commode, & tempore debito recipere possint, etiam si contritione cum voto Sacramenti peccata eluerint, resoluit Sayr. de Sacram. in genere li. 6. c. 4. q. 1. vers. Pœnitentiæ.

CANON II. Vide Bald. Junium super opera controuers. Bellar. p. 2. li. 5. c. 1. post princip.

Secundam post naufragium tabulam appellari, &c. Vide P. Henrici li. 1. c. 4. §. 1. in medio, Sayr. in Clavi Reg. li. 10. c. 4. num. 1.

CANON III. Vide Sot. in 4. dist. 18. q. 2. art. 1. col. mihi 20. P. Ægid. de Sacram. tom. 2. disp. 4. dub. 2. nu. 16. P. Valquez in 3. p. D. Thomæ tom. 2. qu. 135. n. 29.

CANON IV. [*Quasi materiam.*] Vide Sot. in 47. dist. 1. qu. 1. art. 2. col. 2.

Satisfactionem. Vide Nauar. in comment. de Iubilæo, & pœnit. notab. 15. n. 2.

CANON V. [*Ponderando.*] Vide Host. in sum. de pœnit. col. 34. Nauar. in commen. de Iubilæo, not. 19. ad fin.

CANON VI. Vide Doctores supra citatos ad cap. 1.

CANON VII. [*Omnia, & singula peccata.*] Vide Nauar. conf. 7. de pœnit. Petr. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Pœnitent. c. 17. concl. 1.

Et circumstantias, quæ peccati speciem mutant. Vide Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo Circumstantiæ pag. 97. Guttier. Canon. li. 1. cap. 31. P. Azor. in tit. Moral. p. 1. lib. 2. c. 4. col. 89.

CANON VIII. Vide P. Soar. tom. 4. disput. 21. sect. 3. nu. 5. & 6. P. Valen. q. 11. puncto 1. in fine, P. Ægid. de Sacram. & censur. tom. 2. disput. 6. num. 1. cum sequentib. Petr. Ledesm. in sum. p. 1. tractat. de Pœnitent. cap. 8. titul. *de la necesidad del precepto de la Iglesia.* concl. 2.

CANON IX. Vide Sot. in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. Nauar. in Man. c. 4. nu. 7. Vicad. in Sacram. c. 1. q. 2. cum seqq. P. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. li. 1. nu. 138.

CANON X. Vide P. Ægid. de Sacram. tom. 2. disp. 8. à princip. P. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 1. c. 1.

a CANON XI. *Quoad externam politionem.*] Quoad forum exte-
rius intelligunt P. Henricus in sum. p. i. li. 6. c. 14. in princip. P. Paul. Co-
mitol. resp. Moral. li. 1. q. 25. n. 10.

a CANON XII. Vide Bellarm. tom. 2. controuers. lib. 4. de Pœnit.
P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 7. nu. 2. & n. 95.

a CANON XIII. Vide Sayr. de Sacram. in genere li. 2. c. 2. q. 9. ar. 3.
verf. Quo supposito, P. Soar. tom. 4. disp. 37. lect. 1. Valent. disp. 7. q.
14. punct. 2. Bellarm. li. 4. de Pœnit. c. 3. cum sequentibus.

a CANON XV. Vide Nauar. in Manual. c. 26. nu. 20. cum seqq. &
in c. contrarium, de Pœnit. dist. 5. num. 18. P. Ægid. de Sacram. tom. 2.
disp. 10. nu. 62.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ
Vnctionis.

CANON I.

a *supr. de hoc
sacramēto in
prin. & c. 1.
b* Mar. 6.
lac. 5.

a Si quis dixerit, extremam Vnctionem non esse verè &
propriè Sacramentum, à *a* Christo Domino nostro insti-
tutum, & à *b* B. Iacobo Apostolo promulgatum, sed ri-
tum tantum acceptum à Patribus, aut figmentum huma-
num: anathema sit.

CANON II.

c *supr. c. 2. de
hoc Sacram.*

Si quis dixerit, sacram infirmorum & Vnctionem non
conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare in-
firmos, sed iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia
curationum; anathema sit.

CANON III.

d *supr. c. ult.
Concil. Cabi-
lon. c. 28.
c* *lac. 5.*

Si quis dixerit, de extremæ Vnctionis ritum & vltim-
quem obseruat sancta Romana Ecclesia, repugnare sen-
tentia B. Iacobi Apostoli, ideoque eum mutandum,
postque à Christianis absque peccato contemni; ana-
thema sit.

CANON IV.

f *d. c. ult.
lac. 5.*

Si quis dixerit, *f* Presbyteros Ecclesiæ, quos B. Iacobus
adducendo esse ad infirmum inungendum hortatur, non
esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed arate sententia
in quavis communitate; ob idque proprium extremæ Vn-
ctionis ministrum non esse solum sacerdotem; anathe-
ma sit.

REMIS-

REMISSIONES.

CANON I.

Vide Doctores citatos supra cap. 1. & P. Vasquez in 3. p. D. Thomae, tom. 2. disp. 135. num. 4.

CANON II. Vide Sayr. de Sacram. in genere, lib. 5. cap. 1. q. vnic. art. 2. ver. De Sacramento Extreme Vnctionis. Perr. Ledesm. in sum. 1. p. tract. de Sacram. Extreme Vnctionis, cap. 1. concl. 1.

CANON FIN. Vide P. Valeri. Regin. in praxi fori pœn. lib. 2. §. 11. 60. & plures Doctores, quos citavi supra, cap. 3.

DECRETVM DE REFORMATIONE.

PROOEMIUM.

Irreprehensibiles sint omnes clerici ad curam animarum constituti: qualiter eos commoneere debebunt Episcopi, vt sanctè ministerium suum impleant secundum præscriptam hic legem.

Cum proprie Episcoporum munus sit, a subditorum Communium vita redarguere; hoc illis præcipue cauendum erit, ne Clerici, præsertim ad animarum curam constituti, criminosi sint, neve in honestam vitam, ipsis conuenientibus, ducant. Nam, si eos prauis & corruptis moribus esse permittant, quo pacto laicos de ipsorum vitis redarguent, qui vno ab eis sermone conuinci possent, quòd Clericos ipsis patiantur esse deteriores? qua etiam libertate laicos corripere poterunt sacerdotes; & cum tacite sibi ipsi respondeant, eadem se admisisse quæ corripiant? Monebunt propterea Episcopi suos Clericos, in quocumque Ordine d fuerint, vt conuersatione, sermone & scientia, commisso sibi Dei populo præeant, memores eius quòd scriptum est: *e Sancti estote, quia & ego sanctus sum.* Et iuxta Apostoli vocem: *f Nemi dent vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium eorum, sed in omnibus exhibeant se, sicut ministros*

a Sic præfatur sero Conc. 9. Teletanum. Supra Sess. 6 de refor. c. 3. b 1. Cor. 9. c. quid autem, 1. q. 1. c. c. vlt. 25. dist. 2. 202 tantum. 26. dist. c. sicuti 1 h. necesse, 47. dist. c. in sacerdotibus. 61. dist. Leti. 11. 1. l. est. 1. c. c. propofuisti, 1. dist. d Sess. 12. c. 1. c. Isa 2. l. 2. Cor. 6. in prin.

L 5

Dei;

Incil. In
declara
ment